

Jakob Heinrich Baleke


Rectore Academiae Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino Friderico Duce Et Principe Hereditario Mecklenburgensi, ... Ad Iubilaeum Pacis Augustanae Et Religiosae Secundum, Quod Hactenus Devote Celebratum Est, Rite Deoque Placenter Finiendum, Et Ideo Benevole Audiendam Orationem Iubilaei Huius Ultimam, Quam ... Ioachimus Henricus Pries, S. S. Theol. Doct. ... De Pace Augustana Religiosa A Lutheranis Sancte Servata, Die Perendino Hora X. In Auditorio Academiae Publice Habebit, ... Et Humanitate Invitantur

Rostochii: Typis Joannis Jacobi Adleri, [1755?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863471269>

Druck Freier  Zugang





2

Bibl.
Schol. Gustrov.
1836.

~~Mk 212.~~
Mk-7779.

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some words underlined. The text is faint and difficult to read, but appears to contain several lines of entries.

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO

DUCE ET PRINCIPE HEREDITARIO MECKLENBURGENSI,
PRINCIPE VANDALIAE, SVERINI ET RAZEBURGI, COMITE ITEM
SVERINENSI,

TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIAE DYNASTA,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO,

^{AD}
IUBILAEUM PACIS AUGUSTANAE ET
RELIGIOSAE SECUNDUM,

QUOD HACTENUS DEVOTE CELEBRATUM EST,
RITE DEOQUE PLACENTER FINIENDUM,
ET IDEO BENEVOLE AUDIENDAM

ORATIONEM IUBILAEI HUIUS ULTIMAM,

QUAM

VIR SUMME REVERENDUS, AMPLISSIMUS ATQUE DOCTISSIMUS,

DOMINUS

IOACHIMUS HENRICUS PRIES,

S. S. THEOL. DOCT., MORAL. PROF. PUBL. ORD. FAMIGERATISSIMUS,
ATQUE AD AEDEM D. IOHANN. PASTOR RELIGIOSISSIMUS,

DE

PACE AUGUSTANA RELIGIOSA A LUTHERANIS
SANCTE SERVATA,

DIE PERENDINO HORA X. IN AUDITORIO ACADEMIAE
PUBLICE HABEBIT,

PER-ILLUSTRES ATQUE ILLUSTRIS COLLEGIORUM DUCALIIUM
PROCERES, UTRIVSQUE MAGISTRATUS PRIMORES,
OMNIUM FACULTATUM DOCTORES ET LICENTIATI, VERBI DIVINI
MINISTRI, PHILOSOPHIAE MAGISTRI ATQUE STUDIOSI, PARITER AC
ALII DIVINORUM BENEFICIORUM CULTORES, ACADEMIAEQUE FAUTORES
ET AMICI

EA, QUA DECET, ANIMI OBSERVANTIA ET HUMANITATE INVITANTUR

A

PRO - RECTORE ACADEMIAE

IACOBO HENRICO BALEKE

IUR. DOCT. ET COD. PROF. PUBL. ORDIN.

ROSTOCHII,

TYPIS JOANNIS JACOBI ADLERI, SEREN. DUCIS AUL. ET ACAD. TYPOGR.

22.



Jam claudendum est Iubileum pacis Augustanae religioſæ ſecundum, quod ad juſſum clementiſſimum Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini **CHRISTIANI LUDOVICI**, Ducis regnantis Mecklenburgici, Principis Vandalia, Suerini et Razeburgi. Comitum item Sverinensis, Terrarum Roſtochii ac Stargardiae Dynaſtae, Academiae Roſtochiensis Patroni et Cancellarii Magnificentissimi, Domini noſtri longe clementiſſimi in hac Academia celebratum eſt. Quoties autem negotium abſolvendum ſiſtitur; toties exſurgere ſolet quaëſtio de effectibus ex illo reſultantibus. Mihi de his cogitanti in manus incidebat diſputatio JACOBI BRUNNEMANNI de appellatio-
ne reſcripto principis remota, in qua Cap. I. §. XIV. aſſeritur, quod appellatio ad ſuprema judicia imperii ratione cauſarum ſpiritualium et eccleſiasticarum plane legibus publicis remota ſit. Nam, inquit, politica circa ſacra poteſtas per transactionem Paſſavienſem, inſecutamque **PACEM RELIGIONIS AUGUSTAE VINDELICORUM 1555.** unanimi Ordinum ac ſtatuum conſenſu inſitam pleniffime ſtatibus Proteſtantibus conceſſa vel potius a Papa fraudibus uſurpata reſtituta. Quæ verba mihi anſam dederunt meditationi ad quaëſtionem, num per pacem religioſam Auguſtanam prohibitum dici poſſit, quo minus in cauſis eccleſiasticis ad ſumma judicia imperii provocari queat? Negativam ſententiam plurimi defendunt, inter quos eminent CRAMERUS in diſp. ſub præſidio STRECKERIANO 1743. Erfordiae hab. de eo, quod juſtum videtur circa appellatorem a ſtatibus imperii evangelicis ad imperatorem in cauſis eccleſiasticis §. XVI, ubi contra affirmativam his inſurgit verbis: Ibi nihil aliud niſi pactum Caſarem inter et ſtatus Imperii conventum legimus, quo Auguſtanæ Confeſſionis Conſtatibus cautum, ipſorum fidem ac religionem nullo in poſterum tempore via facti aut vi armata impediri, neque ipſorum ordinationes et Ceremonias eccleſiasticas bona et regalia vel quaſi jure hæcenus poſſeſſa, per mandata
and

aut alio quocunque jure infringi debere, ipsam autem Religionem contro-
versam non nisi amicabili et christiana compositione definiri debere poena
fractæ pacis publicæ per R. 1. de 1755 und damit. Per hancce ergo
conventionem neutriquam prohibitum esse putat, quo minus Cæsarea
Majestas vel summa Imperii Tribunalia ipsas sic dictas eorum causas
litigiosas ac devolatas supremo jure cæteris paribus decidere queant.

Sed quicquid dicat CRAMERUS mihi arridet sententia affirma-
tiva. Sunt enim in pace religiosa Augustana hæc verba: *ihren Gang
lassen und kein Hinderniß oder Eintrag dadurch beschehen.* Omnia
ea igitur quæ Principem impedire possunt, quo minus id, quod vult
ac intendit, exsequatur, intuitu causarum ecclesiasticarum prohibita
dicenda sunt. Appellationem vero esse ponendam in numero eorum,
quæ impedimentum tale afferre debent, inficias iverit nemo. Hinc
prono omnino alveo fluit, quod ductu illorum verborum, quæ com-
memoravi, statuendum sit, in causis ecclesiasticis ad summa Imperii
Tribunalia haud provocari posse.

Dantur autem adhuc aliæ imperii leges fundamentales, quæ hanc
assertionem extra omnem dubitationis aleam ponunt. Legatur no-
vissima Capitulatio Cæsarea Artic. 1. §. XI. *Sollen und wollen wir in
causis religionis keinesweges Prozesse verstatten, sondern darunter
lediglich denen Reichs-Grund-Gesetzen nachgehen.* Plures textus con-
cernentes inveniri possunt in nostri MANTZELII *disp. nupera de Calen-
dario Mecklenburgensi p. 2.* Optassem, ut CRAMERUS verba, quæ
ex Capitulatione novissima adduxi, accuratius considerasset, et, si fieri
potuisset, refutasset. Sed illa plane non attigit, licet jam in Capitula-
tione præcedenti CAROLINA occurrant, et hæc antea in lucem prodi-
erit, quam disputatio illa a CRAMERO fuit habita *vid. JOH. JAC.
SCHMAUSSII Corpus juris publici S. R. Imperii Academicum p. m. 1438.*
Non possum itaque non a CRAMERO dissentire et potius asserere,
quod in causis ecclesiasticis ad summa imperii judicia haud appellari
queat, *confer. BODINUS in dissert. de provocationibus in causis ecclesiasti-
cis ad imperatorem illicitis.* Quam in rem quoque censet GEORG.
LUDOV. BOEHMERUS *in disp. Gœttingæ 1751. hab. de gravamine com-
muni S. R. 1. statuum § VIII. Statuum imperii evangelicorum judicio,* inquit,
*agnitum est gravamen commune, quando IN CAUSIS EVANGE-
LICORUM ECCLESIASTICIS ET MATRIMONIALI-
BUS jurisdictionem vario velut nullitatis colore sibi vindicant imperii ju-
dicia, non minus in his quam in CAUSIS CATHOLICORUM
ECCLESIASTICIS fundatam.* FABRI *Staats-Canzley Tom.*
25. c. 4. p. 178. pluresque alii alleg.

Suboritur autem quæstio, an appellatio locum habeat, si de
privilegiis a Principe subditis in ecclesiasticis concessis controversiæ
emergunt? Reperitur hæc materia discussa in dem *Allgemeinen Ju-
ristischen Oraculo Tom. 1. Lib. 1. Cap. X. p. 356.* Verba sunt hæc:
*Wahr ist es, daß Cæsarea Majestas ist supremus judex et Caput im-
perii, und also in Politicis remedur schaffen könne, aber nicht in Streit-
Sachen der Unterthanen wieder ihre Evangelische Fürsten in Kirchen-
Gebräuchen, Ordnungen, Ceremonien und Besetzungen der Ministe-
rien und andern geistlichen Sachen.* Pergitur in sequenti pagina ita.
Wie


Wie aber, wenn Pacta, Statuta, Conventiones, Consuetudines, Praxis und dergleichen vorhanden, Evangelische Fürsten aber in Ecclesiasticis dawieder handeln, so können ja Unterthanen desfalls ad Cæsarem appelliren. Sed audiantur quoque subsequencia: Was aber Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien, Bestellung der Ministerien oder Kirchen-Bedienten, Consistorii und alles das betrifft, was dem summo juri episcopali anhängig, solches stehet in der freyen Disposition eines Evangelischen Reichsfürsten zu ordnen, zu setzen, wie ers gegen Gott zu verantworten gedencet, und zur Beförderung der Ehre Gottes, Aufnahme der Kirchen und sonst für gut befindet, weil Er liberum exercitium jurium episcopalium erlanget hat. Und gesetzt, daß Unterfaßen bey Aenderung der Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien, der Kirchen-Ämter ic. wolten Praxin, Consuetudinem und dergleichen vorschützen, und dawieder eine vermeynte Appellation ergreifen, so ist doch schon vermöge des Religions-Friedens, solche unkräftig gemacht. FABRI Staats-Canzley Tom. 13. C. 13. p. m. 439. et alleg. STRYCK. c. l. Mihi interea non una est ratio, cur judicium meum suspendam.


Quod ad Megapolin nostram attinet, in §. 391. nr. 5. des Landes-Grund-Geselichen Erb Vergleichs cautum legitur: Es soll an die Reichs-Gerichte nicht appelliret werden in Ehesachen, auch nicht in causis ecclesiasticis. Es wäre dann, daß unsere Land-Stände wieder die Kirchen-Ordnung oder Landes-Gesetze beschweret werden.

Patescit igitur ex hisce adductis, quantæ vicissitudines ex pace religiosa Augustana in statum publicum terrarum protestantium redundent? Jure igitur optimo maximoque Princeps protestantium imperavit celebrationem Jubilæi istius pacis, pacis a Lutheranis sancte servatæ. Equidem constat, Corpori Evangelico violationem pacis hujus religiosæ adhuc novissime esse imputatam. Ast hæc imputatio statim omnem adeo speciem perdit, simul ad singula facta, et ea, quæ deduxit laudatus BOEHMERUS in Disp. de Principe jus suum vi atque armis tuente §. XII. p. 33. et seq., respicitur. Comprobat hoc pluribus Vir summe Reverendus, Excellentissimus atque doctissimus Dn. JOACH. HENR. PRIES, S. S. Theol. Doct. Moral. Prof. Publ. Ordin. celebratissimus, et ad ædem D. Iohann. Pastor longe meritissimus, Fautor Collega et Amicus meus astumatissimus atque conjunctissimus in Oratione Jubilæi obsignatoria docta et auditu dignissima, quam ex decreto Reverendi Concilii perendino die habiturus est. Non dubito quidem, fore ut pietas erga Principem neminem non ad audiendam illam moveat, percellat, adducat. Sed, ut consuetudini etiam morem geram, ad audiendam hanc orationem Perillustres atque Illustres Collegiorum Ducalium Proceres, Utriusque Magistratus Primores, Dominos Doctores et Licentiatos, Verbi Divini Ministros, Liberalium Artium Magistros ac Studiosos, aliosque Litterarum fautores ea, qua par est, animi observantia et humanitate invito.

P. P. SUB SIGILLO UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS MAXIMO, JUBILAEIS DEDICATO; ANNO MDCCLV. DIE XVI DECEMBRIS.







Als der
Hochedelgebohrne, Hoch- und Wohlgelahrte

S E N N

Otto Seiner
Sahlkamp,

unter
Sr. Hochwohlgebohrnen, dem Hochgelahrt
weitberühmten Herrn,

Herrn Hofrath Sandtm
Doctor und p. r. Decano der hochlöblichen Medicinischen Facult
in Rostock,

die höchste Doctor Würde,
nach seiner öffentlich gehaltenen Disputation, unter wä
Zubel Feyer erhielt,

wollte
dem Herrn Doctor an
von Herken Glück wünschen,
ein
aufrichtiger Freund und Diener.



R o s t o c k,

gedruckt bey Johann Jacob Adler, Herzogl. Hof- und Academ. Buch

21.

